Iidem inter se mutuo Roborant

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemyslien Generosus Stanislaus a Grochowce Grochowski Castellanides Leopolien ab una et Generosus Valentinus de Krempie Sasin partibus ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castren Capitan Praemyslien Iurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum suo pro interesse seorsim recognovit. Quia ipsi et praecipue praefatus Generosus Sasin suo et Generosae Cristinae Iuranowska Consortis suae charissimae pro cuius ratihabitione cavet et se praesentibus inscribit nomine sibi mutuo et invicem una Pars alteri cum posteris utriusque partis se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus Summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus. Intercisam certam inter se Recognoscentes et praefatam Generosam Sasinowa ratione certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa contentarum de actu et data illius hic Praemysliae die hodierna in actu contenta confectam et conscriptam manibus sui Recognoscentium propriis ab utrinque subscriptam in omnibus et singulis eiusdem Intercisae conditionibus punctis clausulis articulis vadio ligamentis et nexibus generaliter universis firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare, omnibusque et singulis eiusdem contentis tam in toto quam in quavis minima parte toties quoties opus fuerit satisfacere. Intercisam praefatam ad Inscriptionem praesentem Roborator

et inscriptionem praesentem Roboratoriam ad Intercisam praefatam in toto vicissim referendo. Sub vadio Summae Quatuor millium florenorum Polonicalium per partem parti cum Successoribus uniusq parti ob non completionem contentorum Intercisae praefatae omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad soluendum Succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad Soluendum succubito, ac pro re aliqua principali ex contentis memoratae Intercisae non completa complenda. Citata existens mrata Pars una praemissa non tenens aut eius posteri ad instantiam partis alterius praemissa tenentis et complentis aut eius Succ[essorum] ad officium praesens Castren Capitan Premysliensi ex nunc recessu supra scripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare iuri parere respondere vadium praetactum luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos Succ[esso]res ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem Terminum uni et alios omnes sempre peremptorios vera infirmitate pro maiori minoris Solennitate Succ[esso]rum legatione intra vel extra Regnum militari servitio ad munimenta ad evictorem vel aliis quibus suis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Adquietationem praeterea ultra proximos officy praefati Castren Capitan Premyslien Terminos dilationem sibi non recipiendo nulla sq monitiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel multiplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus Iuris praescriptione Terrestri bello conventioneq ac aliis quibusvis Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec alio quovis modo evadendo. Hac sua praesenti personali mutua recognitione ad praemissa omnia mediante.